Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Opponi quidem uisa uidentur priuari scilicet. habere habitui quemad
modum priuatio habitui. Dicimus namque propositione esse priuatio at
que habitui opponuntur. ea quoque sub priuatione habitumque claudunt.
Cur enim si priuatio atque habitus. i. usus cecitas esse opposita.
non eadem uidetur atque cecitas esse eodem modo in inuicem sibimet opponantur. Quare
quinque hec distent. tamen modo in his oppositionis equitas est.
Nos autem neque quod sub affirmatione et negatione est affirmatio
et negatio. Affirmatio enim oratio est affirmatiua. et negatio oratio
negatiua. Cum uero quecumque sub affirmatione et negatione nichil est oratio.
Dicunt autem uisa esse inuicem opponi ut affirmatio et negatio.
Ad quam oppositionis speciem tuitionem fecit. que secundum affirmatio
nem negationemque dicitur. Affirmatio autem est quod aliquam rem alicui quedam
participatione iungit. Negatio uero aliquam rem ab aliquare quedam sepa
ratione disiungit. Vt est omnis homo animal est. Animal enim ad ho
minem hec ratio iungit. Participat enim homo propio genere scilicet animali.
Negatio uero homo lapis non est. Disiungit enim naturam lapidis abhuma
nitate quod negat. Sed de his multa in libro de interpretatione di
cenda sunt. Quare plenior hoc disputatio in tempus aliud differatur.
Aristoteles uero simplicissime et pene incuriose propter eos quos institu
ere diffinitionis affirmationis negationisque signauit dicens.
negationem affirmationemque affirmatiuas esse negatiuasque orationes. Quod si examinatio ac subtilior discussio non affirmationem per affir
matiuam orationem diffinuret. Hanc si dubium est quod sit affirmatio nichilo
magis clarum atque perspicuum est quod sit affirmatiua oratio. Iccirco quod
si quis nesciat quod sit affirmatio. Ille sane dubio nescius est quod o
ratio sit affirmatiua. Sed iccirco id indulgentia terminauit. quod
in libro peri hermenias uetusque uetera plenaque uis diffinitionis ap
tauit. Cadem quoque in his ratio est que sunt sub affirmatione et negatione
que in his que sub priuatione habitumque ponebantur. Nam sicut non
est idem habitus atque priuatio quod habere habitum atque priuari. ita non idem
est affirmationem et negationem esse quod est sub affirmatione et negatio
ne. Affirmatio enim est ubi gratia sedet socrates. Sub affirmatione autem
hoc ipsum sedere socratem. i. hoc quod sub affirmatione dicitur facit. Sub